Vela Lob.o Xt Coll.o Xt Cuenca

PRINCEPS PACIS,

IN QVO

OMNES VIRTVTES Morales, omnia Conſilia quæ verum Principem in Bello ad Pacem promoueant, Pacem diuturnam conſeruent, demonſtrantur.

OPVS HVIC RERVM STATVI & tempori accommodatum.

Authore M. ANT. PETILIO, IurisC. Neapol.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IOANNEM MVNICH,
ANNO M DC XLI.

Illuſtribus ac Generoſis Dominis,

D. D. ERICO ADOLPHO ET ERNESTO SALENTINO

Fratribus.

COMITIBUS.

In Salm & Reiferſcheidt.

DOMINIS

In Bedbur, Dick, Alffter & Hackenbroich.

Metropolitanæ & Cathedralis Colonien. & Argentor. Eccleſiarum

CANONICIS,

Nec non Archiepiſcopatus Colonienſis Archimarſchallis.

HAEREDITARIIS.

D. D. & Patronis ſuis obſeruandiſſimis.

O. D. C.

AD Vos Illuſtriſsimi Comites, Clementiſsimi Domini, ad Vos Liber hic, PRINCEPS PACIS inuiſurus Clementias Veſtras & inſtructurus accedit, de Pace quippe ſcriptus, PRINCEPS PACIS inſcriptus, nec mirandum eſt Principis huius Illuſtriſsimos Vos Comites acceſſu

M. A. PETILII EXARCHIÆ

Liber Primus.

CAPVT I.

Regendi onus ex ſe graue, ſapientia leuari, hanc timore Dei acquiri.

REGENDI onus, tametſi eo videatur graue *a*, vt & ſummi Pontifices *b*, & Reges, *c* nedum nil calamitoſius dixerint, ſed & moleſtiam & ſeruitutem appellarint; imo & in præcipuum perpetuumq; hoc ſibi titulum ſumpſerint, vt ſeruos ſeſe populorum appellarint *d*, tametſi ſecretioribus in arcanis vel difficilis dicta ſit *e*, quod peruerſi difficile corrigãtur, quorum numerum cum ſanorum valde excedat, politica diſciplina ad ciuium beatitatẽ ordinata in paucioribus effectum habet *f*, quod omnium voluntates promereri difficillimum ſit in imperio *g*, vnde non defuerunt qui voluntariis imperare diuinum potius quam humanum dixerint *h*. tametſi & prudentium ſegtentia probetur, Principem quamuis recte imperitantem non omnino omnibus poſſe placere *i*.

> Οὐδὲν θαυμαστὸν πολυπαΐδη, ὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
> Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων. *k*

> *Nec mirum gnaro, quoniam iam nec Deus ipſe*
> *Dum pluit, aut ceſſat omnibus vſq; placet.*

Ex hominis ſcilicet peruicacia, quo nullum moroſius animal, nullum maiori arte tractandum *l*, tamquam in nullum magis inſurgere ſolitum, quam in quos imperium in ſe affectare ſenſerit *m*, vnde & egregie quidam, excellentibus ingeniis citius artem deſuturam dixere qua ciuem regant, quam qua hoſtem ſuperent *n*. tametſi tandem Regnum ipſum pœna ſit: adeo vt mulier mulierẽ afflictam ſolans, eius afflictorem inultum non iturum dicere cum vellet, hæc inquit. *o*

> *Ne metue, pœnas & quidem ſoluet graues.*
> *Regnabit, hæc eſt pœna.*

Tametſi hęc omnia inquam, quod magnum ſit animal homo, cui regendo magnus homo requiratur, 2. quod nec totã ſeruitutem pati poſſint, nec totam libertatem, 3. quod peſſimus quiſq; aſperrime rectorem patitur. Leuiſſimum tibi tamen fiet ò Princeps ſi ſapiens eſſe ſtudueris. *p* Sapientibus enim, & in tenebris oriri lumen, & noctu innaſci conſilium, cum ſacri cecinere vates, *q*, tum profa-

a L. 1. C. de Iuſtin. C. confir. l. 1. C. de emen. C. N. n. conſt. 1. in prin. Xenocrat. in lib. de morte.
b Adrian. IV. Platina. Pius V. in Bulla ſup. for. turam. Innoc. IX. in bulla Iubilei.
c Antigonus. Ælian. var. hiſt. lib. 2. Tiberius. Sueton. in eo. cap. 24. Iuſtinianus. l. 1. C. de offi. pr. pr. Afr. M. Aurelius Pompon. Læt. in Diocle.
d D. Gregorii inuentum. Polyd. Virgil. de inuent. rer. lib. 8. c. 2. Petr. de Natal. lib. 3. c. 192. Io. Diac. in eius vita lib. 2. c. 1.
e Reg. 4. c. 2. Eccl. 1.
f Eccl. 1. Lyr. & Io. Ben. ib. glœnat. in Tito. cap. 1.
h Xenoph. in Oecon. i Xiphilin. in Auguſt. k Theogn. in parær. ad Cyrnum.

l Sen. de Clement. lib. 1.
m Xenoph. lib. 1. pæd.
n Liu. lib. 2.
o Sen. in Theb. 2. Io. Moſchus. ſiue Sophronius in prato Spirit. cap. 5. & 149.
p Deut. 17. Sap. 6. Innoc. in c. cum noſtris de conc. præb. Inſt. proœ. in fin. l. 1. ſt. de excuſ. tut. §. ſimiliter.
q Dauid Pſal. 111. Eſai. 58. Iob. 29. Io. 1. Fulg. mythol. lib. 2. fab. 2.